



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Waldetrudis Vidua. Abdicatio sæcularis vanitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)

ni Co-
cepit
foveri
am ad
us, &
oplica-
a inno-
ctu di-
impr-
etiam
H dein-
schalis
oniales
anno
corpus
indul-
esinte-
m. Tu-
fia na-
et, &
r. Pars
. Ant-
no ibi-
densis
me spes



S. WALDETRUDIS VIDUA.

Abdicatio secularis vanitatis.

Beatissimæ WALDETRUDIS quæsumus, Domine, nos tuere præsidis; ut eius provocati exemplis, cunctis mundi abrenuntiemus illecebris, & cælestia gaudia consequamur.

Ora pro vanitati deditis.

✠

Sanctis Walberto & Bertilæ, regio stemmate in Hannonia claris, duæ fuerunt filia, sanctitate celebri clariores, WALDETRVDIS & Aldegundis. Hæc Deo virginem se consecravit; ista prior genita S. Madelgario Comiti nupsit, eique quatuor liberos genuit, omnes Sanctis adscriptos. Ita cum conjugii fecisset satis, eidem servandæ continentia auctor fuit: & in Altimontensi quod fundaverat monasterio attonsum imitata, primo solitariam vitam instituit, deinde monasticum habitum sumpsit à S. Auberto Cameracensi Episcopo. Tum pauculis ad se collectis ejusdem propositi Virginibus, initium dedit nobili illi parthenoni, quod hodie Montibus Hannoniæ viget, eas inter piissime defuncta circa an. 800. Antiquissimum ejus ut Sanctæ cultum probant Antiphonæ, ab Olberto Gemblacensi Abbate circa an. 1020; & separatio Capitis à Corpore, coram Legato Apostolico facta 1250; quibus etiam antiquior est, edita & illustrata à Bollandò Vita.

Abdicantes secularia desideria, sobrie, & iuste, & pie vivamus in hoc seculo. Tit. 2.